

archidiacono Nysicensi, Alberto praeposito Budissinensi, Nicolao Eberhardi decretorum doctore officiali nostro, Henrico de Slynicz canonicis ecclesiae nostrae Misnensis praedictae ac aliis pluribus fide dignis. Datum Kossebude anno domini M° CCC° XLVIII° quinta feria ante festum beati Thomae apostoli proxima.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Bischofs an einem von der Urkunde zum Theil abgetrennten Pergamentstreifen.

No. 450. 1349. 6. Sept.

B. Johann eignet der Domkirche Geld- und Getreidezinsen zu Begehung zweier Jahrgedächtnisse.

Nos Johannes dei gratia episcopus ecclesiae Myssnensis tenore praesentium recognoscimus publice et profiteamur, quod Sophia relicta quondam Ludewici de Kûrbicz de consensu et voluntate filiorum suorum Mychaelis et Gotheboldi de Kûrbicz duo talenta annui census in villa Radebûl^a), quae singulis annis solvunt, solverunt et solvere consueverunt infra scripti in eadem villa residentes, de medio allodio Kûnna vidua VIII grossos, Katherina VIII grossos, Petrus Kÿnast VIII grossos, Gentsch X grossos minus III^{or} hallenses de medio manso, Paulus Yânt X grossos minus III^{or} hallenses de medio manso, Martinus carpentarius X grossos minus III^{or} hallenses de medio manso, Martinus Arnoldi X grossos minus III^{or} hallenses de medio manso, Kunna vidua praedicta X grossos minus III^{or} hallenses de medio manso, Petrus Kÿnast praedictus X grossos minus III^{or} hallenses de medio manso, medietatem in festo Mychaelis et aliam medietatem in festo Philippi et Jacobi, et III grossos cum II hallensibus quos solvit Henricus Bauarus de uno quartali et dimidio agrorum in festo apostolorum Philippi et Jacobi nec non III modios siliginis et tot avenae, quos supradicti de suis agris nomine decimarum in festo sancti Martini cum XVI pullis in festis Mychaelis et nativitatis domini et duabus sexagenis ovorum in festo paschae singulis annis, ut praemittitur, solvunt, solverunt et solvere consueverunt, quae praedicta Sophia nomine dotis seu donationis propter nuptias a nobis et a nostra ecclesia in feudum tenuit, habuit et possedit, iusto emptionis et venditionis titulo pro XIX sexagenis grossorum Pragensium latorum eidem Sophiae et . . dictis suis filiis iam integraliter solutis in restaurum dotis seu donationis propter nuptias praedictae vendidit honorabili viro domino Alberto Knût, praeposito Budissinensi nomine capituli ecclesiae Missnensis, quae quidem duo talenta praedicta ipsa Sophia constituta coram nobis bona, spontanea et libera voluntate, nulla penitus vi seu coactione interveniente, una cum dictis . . filiis suis conferenda praefato domino Alberto nomine capituli memorati ad manus nostras resignavit, renuntians cum eisdem suis filiis omni iuri et actioni a quocunque legis auxilio et beneficio, quae sibi aut cuicunque eorum competere in eisdem duobus talentis seu competere possent in futurum. Unde saepedictus dominus Albertus nomine capituli praedicti iam dicta duo talenta sibi conferri, incorporari et appropriari capitulo et ecclesiae Missnensi praedictis petiit ad usum infra scriptum, videlicet quod unum talentum cum dimidio singulis annis pro anniversario domini

a) Radebeul, Par. Kaditz.